Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 583
Quelle:
Copyright:

Integra, ut in edit. *col.* 275. *n.* LXXII.

XLIII. *fol.* 132. p. 2. *Incipit ad Cornelium de Conf. Redeunt* (ibus) *in Ecclesia. Cyprianus Cornelio fratri salutem.* Initium: *Et egisse nos et agere frater karissime maximas gratias* &c. Integra, ut in edit. *col.* 139. *n.* XLVII.

XLIV. *fol.* 133. *Incipit ad Maximum Presb. et Urbem* (Urbanum) *et Sidonium et Macarium. Cyprianus maximo presbytero item urbano et sidonio et macario fratribus salutem.* Initium: *Lectis litteris uestris fratres karissimi quas ad me* &c. Integra, ut in edit. *col.* 145. *n.* LI.

XLV. *fol.* 134. *Incipit Cyprianus ad Presbit. et Diacon. Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus* (Carthagin.) *salutem.* Initium: *Quales litteras ad Clerum Romae agentem* &c. Integra, ut in edit. *col.* 103. *n.* XXXII.

XLVI. *fol.* eod. *Incipit ad Romanos. Cyprianus presbyteris et diaconibus rome consistentibus fratribus salutem.* Initium: *Quoniam comperi fratres karissimi minus simpliciter* &c. Integra, ut in edit. *col.* 57. *n.* XIV.

XLVII. *fol.* 135. *Incipit ad Presb. et Diac. ut his Conf. qui in carcere sunt constituti Humanitas omnis praebeatur. Cyprianus presbyteris et diaconibus* (Carthagin.) *fratribus salutem.* Initium: *Quamquam sciam uos fratres carissimi litteris meis* &c. Integra, ut in edit. *col.* 113. *n.* XXXVII.

XLVIII. *fol.* 136. *Incipit Cypriano Papae Presbyteri et Diaconi Romae consistentes. Cypriano papę presbyteri et diaconi romae consistentes salutem.* Initium: *Quam quam bene sibi conscius animus* &c. Integra, ut in edit. *col.* 97. *n.* XXXI. Quomodo egregius hic *Codex* cum Editis non inutiliter conferri posset, specimen dedi N. I. in III. *Testimoniorum Libris.*

CXCIII. VII. E. 28

Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 166. f. luculente scriptus et colore viridi rubroque distinctus Opuscula continet sequentia: I. *Incipit epistola Sancti Cypriani martyris.* Initium: *Duodecim abusiua sunt seculi. hoc est. sapiens sine operibus. senex sine religione. adolescens sine obedientia.* &c. Opusculum vagum sub *Cypriani* nomine non diu ab inducta typographia per *Ant. Sorg Augustae Vindel.* impressum etiam *Augustino* tributum est, ut diximus alibi. Finit hic: *ne sine nobis christus incipiat esse in futuro.* 346

II. *fol.* 10. p. 2. Sequitur absque inscriptione *Liber* aut *Libellus S. Augustini*, qui *Cod.* CCLXXXIII. titulum praefert: *Dicta de Disciplina Christianorum*, et incipit: *Locutus est ad nos sermo dei* &c. Adi, si lubet, *Cod.* illum, cui hoc Exemplum geminum est.

III. *fol.* 18. p. 2. *Incipit Libellus De Quatuor uirtutibus. Pru-*